

det ab studio persuadendi aliis bonum vestrum, si dicatur vobis, cum & nuptiæ bonæ sint, quomodo erunt omnia bona in Christi corpore, & majora scilicet & minora, si omnes continentia^a laude atque amore imitentur? Primò quia conando ut omnes sint continentes, tunc erunt vel paucæ. *Neque enim omnes capiunt verbum hoc.* Sed quoniam scriptum est: *Qui potest capere, capiat*; tunc capiunt quæ possunt, si nec illis quæ non capiunt taceatur. Deinde nec timere debemus, ne fortè omnes capiant, & aliquid de minoribus bonis, id est, conjugalis^b vita, Christi desit in corpore. Si enim omnes audierint, & omnes ceperint, intelligere debemus hoc ipsum fuisse prædestinatum, ut conjugalia bona in illorum numero membrorum jam sufficientiant, quæ tam multa ex hac vita transierunt. Neque enim nunc, si omnes fuerint continentes, honorem continentium daturi sunt eis qui tricenarium fructum, ^c si in conjugali bono ipse intelligitur, jam dominicis horreis intulerunt. Habebunt ergo illic omnia ista bona suum locum, etiamsi deinceps nulla velit nubere, vel nemo ducere uxorem. Securè itaque instate quibus potestis, ut fiant quod vos estis: & orate vigilanter atque ferventer, ut adiutorio dexteræ Excelsi & abundantia misericordissimæ gratiæ Domini, & perseveretis in eo quod estis, & proficiatis ad id quod eritis.

Conclusio. 29. Deinde obsecro vos per illum à quo & hoc donum accepistis, & hujus doni præmia

^a Sic MSS. At editi, *laudem atque amorem.*

^b Et. & plures MSS. *vita.*

^c Ita MSS. At editi, *qui conjugali bono inesse intelligitur.*

Matth. 19. 21.

Matth. 13. 8.

nia speratis, ut me quoque orationibus vestris meminere inserere cum tota domestica vestra Ecclesia. Ordinatissimè quippe provenit, ut matri vestræ jam grandævæ de oratione epistolam scriberem; ad ipsam quippe maximè pertinet orando concertare pro vobis, quæ de se minùs sollicita est quàm de vobis: & ut ad te potiùs quàm ad illam hoc de continentia viduali opusculum facerem; quia tibi superare adhuc restat, quod jam ætas illius superavit. Virgo autem sancta proles vestra, si aliquid de sua professione desiderat ex laboribus nostris, habet grandem librum de sancta Virginitate, quem legat. De quo legendo etiam te commonueram, quoniam multa continet utrique necessaria castitati, hoc est, virginali atque viduali, quæ hinc propterea partim tenuiter adtigi, partim omnino prætermisi, quia ibi copiosius disputavi. Perseveres in gratia Christi.

Epist. 130. ad Probam

Liber de sancta Virginitate.

IN LIBRUM
DE OPERE MONACHORUM,
LIBRI II.
RERACTATIONUM
CAPUT XXI.

UT^a de Opere Monachorum librum scriberem,

^a Librum hunc in Retractationibus Augustinus collocat proximè ante Opus de Bono Conjugali, quod circiter annum 401. perfectum esse suprà notavimus.

rem, illa necessitas compulit, quod cum apud Carthaginem monasteria esse coepissent, alii se suis manibus transigebant, obtemperantes Apostolo: alii vero ita ex oblationibus religiosorum vivere volebant, ut nihil operantes, unde necessaria vel haberent vel supplerent, se potius implere praecipuum evangelicum existimarent atque jactarent, ubi Dominus ait: *Respicite volatilia caeli & lilia agri.* Unde etiam inter ^a laicos inferioris propositi, sed tamen studio ferventes, existere coeperant tumultuosa certamina, quibus Ecclesia turbaretur, aliis hoc, aliis aliud defendentibus. Huc accedebat quod criniti erant quidam eorum, qui operandum non esse dicebant. Unde contentiones, hinc reprehendentium, inde quasi purgantium, pro partium studiis augebantur. Propter haec venerabilis senex Aurelius, Ecclesiae ipsius civitatis episcopus, ut hinc aliquid scriberem jussit, & feci. Hic liber sic incipit: *Jussioni tuae, sancte frater Aureli.*

Math. 6.
26.

a

^a Plures MSS. inter aliquos inferioris propositi. Am. & Er. inter aliquot. minus bene.

S.

S. AURELII AUGUSTINI
HIPPONENSIS EPISCOPI
DE OPERE MONACHORUM

LIBER UNUS. *

* Scriptus
circiter an-
num Chris-
ti 400.

Aurelii episcopi carthaginensis impulsu Augustinus Monachorum causam qui se suis manibus transigebant, defendit adversus alios ejusdem professionis nonnullos, qui ex oblationibus religiosorum sic volebant vivere, ut nihil operantes, se potius evangelica praecipua de victu & vestitu non curando implere jactarent. Ac primum demonstrat Apostolum Paulum dedisse servis Dei praecipuum & exemplum faciendi operis corporalis, quo victum & vestitum sibi procurarent. Deinde ostendit evangelica illa praecipua, unde suam Monachi illi, non solum desidiam, sed etiam arrogantiam fovebant, apostolico praecipuo & exemplo non esse contraria. Ad extremum crinitos Monachos reprehendit, atque ut ne comam contra praecipuum apostolicum nutrire pergant, obsecrat & exhortatur.

JUSSIONI tuae, sancte frater Aureli, tanto devotius obtemperare me oportuit, quanto magis mihi quis ex te jusserit, claruit. Dominus enim noster Jesus Christus habitans in interiori ^a tuo, tibi que sollicitudinem paternae & fraternae ca-

CAPUT I.
Adscriben-
dum hoc
opus im-
pulsus est
ab Aure. io.

HH 4

ri-

^a Sola editio Lov. in interiori homine tuo.